



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ  
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac  
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &  
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

**Venetiis, 1579**

De anno solari. c. 1

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40307**

De diuersis anni nominibus

Incipit primus Tractatus de Anno.

Quid sit annus solaris. Cap. 1.

**A**nnus est solis anfractus, cum peractis trecentis sexaginta quinque diebus, sex horis, et quibusdam momentis ad eadem loca se derum redit. Ergo annus, quod mensibus in se recurreret, uoluitur ab antiquo, quod est circuli, et eo is: quasi circulariter rediens. Annus sunt diuersos diuersa huius initia: quasi arabes et egyptij illum ichoat post solstitium estiuale, scilicet a septembri, pro eo quod legit arbores in principio mundi fructum habuisse: et quod hoc in septembri contingit, putat tunc mundum factum fuisse: ideoque ibi incipiunt annum. Romana uero populi Romani annum a Ianuario inceperunt, pro eo quod tunc uel paulo ante sol nobis incipit appropinquare. Iudei a martio inceperunt: quod in eo conditus est mundus. Et ideo dicitur quod decimus octauus dies eius est primus dies seculi. Quos omnes quo ad aliquam computationem imitatur. Ipsi namque a septembri incipiunt rursus lunares, et embolismos, et epactas, et omnes annos lunares. A Ianuario uero incipiunt aureum numerum, et quasdam litteras officiales: a martio regulares solares et currētes, et quasdam litteras officiales: putat in seculum parte apparebit. Sane quidam moderni ob reuerentiam saluatoris computant annos a natiuitate eius. Alij uero ab eius incarnatione, et annuntiatione. S. Marci: quoniam illa dixit, Ecce ancilla Domini, et statim enim fuit Christus deus et homo, et plenus spiritu sancto.

De diuersis nominibus anni. Cap. 2.

**A**nnorum alius est naturalis: alius usualis, alius legitimus, alius emergens, alius solaris, alius magnus, alius olympicus, alius iustralis, alius indictionalis, alius iubilens, alius benignitatis, alius eternitatis et glorie. Annus naturalis est cum luna se opponitur: uel sol eclipsis patitur. Usualis siue temporalis est, qui sunt usum hominum, suum initium habet a Ianuario usque ad sequentem Ianuariam. Legitimus siue ceremonialis est, qui computatur secundum lunationes ab apulio usque in aprilē. Apulius, n. est primus mensis apud hebreos. Emergens est, in quo aliquod magnū in diebus uel alius primus: a quo factum in illius memoria annum incipiunt computare. Solaris est spatium in quo circuit sol, et signa zodiaci: quod circulum facit, ut praestitum est, in 365 diebus et fere sex horis: fere dixi, pro quibusdam momentis, quae adijciuntur, sicut infra dicitur. Iste autem sex horum de quarto in quarto annum faciunt unum diem naturales bissex-